



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Per admixtionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

as Corinthum; ex tuis, & meis medicamentis fiat emplastrum; ex tuis, & meis lanis, ex tuo, & meo serico intextatur vestis. Tunc autem dicitur admisceri, quando potest assignari, quæ pars sit mea, quæ tua, licet à me dignosci facile nequeat, v. g. ex frumento tuo admixto cum meo, potes accipere hoc granum, v. g. quo verum est dicere, hoc fuit, seu est ex tuo frumento, vel verè est ex meo, licet à nobis propter admixtionem factam non dignoscatur: non potes autem accipere unam guttam, v. g. in mulso & sic dicere, hæc gutta est solum mel, est solum vinum, & consequenter, est solum tuum, &c. De admixtione mox; hic enim de confusione loquendum est, de qua sic distinguitur:

Vel Confusio inducta fuit primò, utroque domino consentiente, vel secundò, casu vel tertio, altero solum sic volente, nesciente, vel nolente altero; si primò, ac secundo modo, totum conflatum erit utriusque, quia consensus reciprocos, vel casus ille, id videtur præstare, & ad Judicem pertinebit dividere pro rata partium. Ita Castro Pal. de Iusticia in genere, disputatione unica, pag. 21. num. 5. Si tertio modo, ad illum pertinet dominium, qui operam, & maiorem partem materiæ apposit, quibus tertium illud corpus conflatum est, quare illud nullum, as, emplastrum, vestis, tui erit dominij, si tuâ operâ, tuâque maiore parte materiæ illa sint facta, cum obligatione tamen reddendi æstimationem partis materiæ alienæ, ibid. Ratio est, quia accessorium sequitur principale: principalior autem in his est opera tua, & pars notabilis tuæ materiæ, quàm sola pars materiæ alienæ, ergo, &c.

12. Dixi (notabilis) nam si v. g. parvam mensuram mellis tui misceres cum magno dolio alieni vini, vel parum purpure tuæ cum multis alienis, cum parum pro nihilo reputetur, nec vinum esset tuum, nec vestis; *Eodem modo*, (inquit Azor, apud Dicast. loc. cit. n. 185.) *quo minus parva aqua benedicta non reddit benedictam magnam aquam quantitatem*, tunc enim, cum tua pars sit accessoria, illa aliena principalior, alterius erit dolium, & vestis, cum obligatione reddendi tibi æstimationem exigua illius purpure, & mellis.

13. Non dissimili modo iudicarem (ut iudicat Caff. de iust. in genere, disp. unica, p. 21. n. 1.) de pretiosissima pictura, vel scriptura facta à te in vili tabula, vel tela aliena, tuum enim erit totum cum obligatione reddendi pretium tabulæ, vel telæ illius domino. Quod si pictura esset vilior, quàm tabula, certè tunc cederet, accessio- nis iure domino tabulæ, quo pacto consulantur varæ opiniones apud Castr. loc. cit. n. 3. de simili pictura in aliena tabula variè sentientes. Vide infra §. 5. n. 6.

14. Quod si ejus sit generis rerum confusio, ut non possimus recurrere ad principalem, vel magis nobilem partem, ut si, omnibus perpenis, æquales essent, vel quasi æquales partes: Usui erit Regula, quæ mox dicitur.

Ex his collige, quid dicendum in formatione speciei ut loquuntur Iuristæ. Nam si, v. g. ex ovibus alienis exprimas multum, sine dubio, ex Castr. loc. cit. n. 3. hoc erit domini uvarum; solum sibi bona fide expressisti, dabuntur tibi expensæ: nam si mala, nihil; sicuti, in simili modo dictum est num. 10.

Per admixtionem.

15. Si tuum frumentum, hordeum pecuniam, & universali-ter, si qualibet alia mixibilia tua, ut sunt pectra, gallinæ, boves, quæ, quando signata propriis caracteribus non sunt, facile admiscuntur, ita ut discerni nequeant cum meis misceam, in cujus erunt dominio?

18. Dico esse distinguendum modo, quo paulò ante distinximus, vel enim admixtio facta est: Primò, ex utriusque consensu, vel secundò casu, & fortuitò, vel tertio, uno sic volente. Si primo, & secundo modo, utriusque erit cumulus dividendus pro rata à Judice, ea ratione, quàm diximus n. 11. Si tertio modo, in quo maxime urget

præsens difficultas, habet quatuor Regulas, quas ex Lessio l. 2. c. 14. num. 22. & rursus ibid. c. 20. num. Syl. v. l. fura 6. q. 1. de Lugo l. c. aliæque. Prima est: res notabilis quid alienum admiscet tuis rebus, ubi bili item proportionaliter quantitate sumptis, & amplius discerni, ac separari non possint (si enim sint, non transferri dominium, certum sit, quia res tunc remaneat distincta, & separabilis, semper tibi fuit, ut dixi num. 9. (sive sit frumentum), quod dicit Glossa apud de Lugo l. c. num. 162. quæ solum doctrinam admittit in pecunia, non verò in ceteris stibilibus sive pecunia, sive quodcumque aliud, dum tuum habes expressum non acquirendi dominium cumuli non erit cumulus in tuo solo dominio sed tuæ, & singulæ partes remanebunt in dominio singulorum; esto, quia non dignoscuntur, quæ partem tuam, vel quæ alterius, indigeas Judice, vel Arbitro dandum singulis ex eo cumulo, quod singulis pro-convincit. Ratio autem, quod cumulus prædictus fiat totus tui dominij, est, quia dominium rei de se non acquirit sine voluntate, & acceptione: de se supponimus, te non habere voluntatem acquirendi, ergo non acquirit.

17. Regula secunda: Si voluntatem acquirendi cumulum habebas, & ex alia parte ita notabiles partes misceas, ut discerni, ac separari amplius res singulæ non possint, dominium totius cumuli acquiris; si autem non habebas, & ex alia parte ita notabiles partes non habebas, & ex alia te perinde habebas, ut frumentum consumpseris, vel pecuniam expendis, enim æquivalenter facit illa confusa admixtio, & consequenter in te dominium rei transfert, cum obligatione restituendi æquivalens, sicuti partem obligationis contrahis, quando consumis.

18. Regula tertia: Si voluntatem illam, nec excludis, & tamen ita eas notabiles partes misceas, ut discerni, & separari non possint, adhuc dominium totius cumuli acquiris. Ratio est, quia quamvis voluntatem expressè acquirendi non habebas, habes tamen implicite, dum te geris, perinde ac si contraheres, &c.

19. Semper autem dixi (notabiles partes) de una parvam mensuram, v. g. frumenti tui, in quo plenèque horreo alterius, vel autem unum tuum, & gna summa aliena pecunie admisceas, vel contra, ut si, statio dominij, quia tunc moraliter non iudicatur facta ulla admixtio, cum parum pro nihilo reputetur, mansit ergo cumulus in dominio ejus, cujus fuerat, cum obligatione restituendi parvam illam partem, &c.

Quanta autem hæc pars esse debeat, ut notabilis, exigua censetur, certè nonnisi prudentis iudicio, & in similibus sit, iudicandum.

20. Regula quarta: Si dignosci quidem possint partes tuæ, sed non separari sine totius destructione, ut si filia purpurea sint admixta filis albis serici alterius, in contexta veste, tunc videndum est, quodnam sit principalem, &c. modo dicto num. 11. sine.

Quid si, omnibus expensis, partes sint æquales, & alii principales? Respondeo, si nec dignosci possint, nec separari, salva re, uterque dominium in solidum eo conjuncto habebit, modo quem in simili diximus. Quod si dignosci quidem possint, sed non separari sine re, idem puto dicendum: fortior enim circumstantia non posse sine destructione rei partes separari, quàm si solum posse discerni semper enim favendum est rei, & destruat.

21. Ex dictis vides, Si Religiosus, partem v. g. frumenti, vel pecunie ab amico fortè illi datam ad custodiendum, misceat cum suis, etiam si discerni nequeant, transferre ejus cumuli dominium in se, quia non habet voluntatem faciendi suam illam amici partem, & con-

Navarr. *ibidem*. citatum. Ratio prioris dicti est, quia per illam immixtionem, quæ æquivalens consumptioni, factus est dominus totius; licet semper remanserit obligatus ad restituendum æquivalentem. Cum igitur ego acceptem à fure jam facto domino, non accipi inuito domino, ergo restituere ex hoc capite non debeo. Dominus autem ille, à quo ablata est pecunia, solum actionem habet contra bona illa, quæ jam supponimus in hoc priore dicto haberi à fure, isto, probabile etiam sit, quod dixi *num. 2. 4. ex Lessio*. Ratio posterioris dicti est, quia fur est impotens, mea causa impotens est: mihi enim, qui acceptavi pecuniam, quæ fur poterat solvere debitum, imputatur ex Sanchez, loco citato, illa impotentia, atque adeo mihi remanebit onus supplendi defectum furis, si immiscuerim, si non, cum mea pecunia. Fateor tamen cum Molin. Lessio, Salas, apud Castro Pal. *max* citandum, esse probabile nullum onus mihi remanere, si acceptavi solum, & non induxi ad dandum. Quod sub quadam advertisemente docet Molina apud de Lugo *de iustit. disp. 20. num. 13*. Vide etiam Castro Pal. *de iustitia commutativa, disputatione prima, puncto decimoquarto*.

27. Dico quartò, aliquid esse diversum rebus hisce mixtibilibus, si hæc mihi à fure venditæ sunt. Nam si ego frumentum, verbi gratia in individuo furtivum à fure bona fide emo, & antequam immisceam cum meo frumento, scio esse alienum, totum debeo ex re accepta, atque adeo statim restituendum erit in individuo, sicut si emissem rem non mixtibilem, verbi gratia, equum vestem, &c. de qua re §. 2. & 3. universaliter dictum est, nisi forte ad recuperandum meum pretium, vellem redde-
re ipsi furi modo *ibidem* dicto. At si immiscui cum meo non modico frumento, ita ut discerni nequeat, nihil debeo. Ratio est, quia ex una parte per illam admixtionem ego factus sum dominus totius, & ex alia in nihilo sum factus ditior, quia pro pretio frumentum illud emi, non sic, si mihi donatum fuisset, quando jam ex donatione factus essem ditior, ut *numero 5.* dictum est.

Dixi autem (frumentum in individuo furtivum) nam si illud fur admiscuerit cum suo, & deinde mihi vendiderit, jam vendidit ex suo, & consequenter, cum iuxta doctrinam, datam *num. 26.* ego nihil furtivum emerip, recurrerit distinctio *ibid.* allata.

§. V. De obligatione Restitutionis si velum ex re aliena bona fide perceptorum.

1. **R**ecole *supra* ca. 7. §. 7. *num. 22.* fructus rei, alios esse purè naturales, alios mere industriales, alios mixtos, ad quos reduximus civiles, v.g. locationem domus, equi, &c. Non loquimur pro foro externo, pro quo iurisconsulti nimis sunt sibi ipsi repugnantes, ut habet de Lugo *tom. 1. de iustitia disp. 17. sect. 3. n. 43.* sed pro foro conscientie tantum.

2. Regula jam huiusmodi ex Lessio, Molina, Sanchez, *max* citand. & *passim*, figatur menti. Bonæ fidei possessor restituere debet solum fructus extantes in se, vel in aliquo, in quo factus est ditior; fructus, inquam, naturales, & mixtos, non verò mere industriales; A mixtis tamen suas tum necessarias, tum utiles expensas, & estimationem sui laboris posse deducere. Ratio Regulæ est, quia fructus sunt partus, & quasi partes rei, quæ tota domino debetur; nam propterea dicitur, quod res, ubicunque est, domino fructificat, §. *si Titius ei duplici sequente, Institution. de rerum diviso.* & ex alia parte æquum est, ut expensæ, labor, & industrie cedant in utilitatem ea præstantis.

3. Dictum est autem primò, (fructus extantes in se, &c.) quia ceteri bonæ fidei, atque sine culpa con-
sumpti, & ex quibus non est quis factus ditior, non sunt restituendi. Ita Angelus, Sylvest. Lessius, Molina, Gom. Salon. Vasquez, Rebell. Sanchez, alique, quos sequitur citatus Dicastil. *lib. 2. de iustitia, tractat. 2. disp.*

las; quas
e. 20. nam
Prima esse
rebus, in
impetis, si
e (si enim
quia res
semper
ntum, quia
que solum
in certis
e aliud, si
dominium
inio sed
n dominij
que par
vel arbit
ngulis pro
prædictis
m rei de
ione: At
nequitiis

Decidantur frequentiores casus de rebus mixtibilibus.

1. His itaque universim explicatis, asseram hic so-
lutiones illorum casuum circa res, quæ miscentur, de
quibus frequentior esse solet visus, & dubitatio.

2. Dico primò: si furis quancumque rem mixti-
bilis, v.g. frumentum, oleum, vinum, argentum, pec-
uniam, &c. teneris ad restitutionem quantitatis surre-
ptæ, cum hoc discrimine, ut si miscueris cum tua illa
res singulis discerni nequeat, teneris saltem ad pretium, vel ad
vires, si discerni rem: si non immiscueris, vel ita sit mixta,
ut discerni, & separari possit, teneris ad restituendam
res in individuo. Ratio est, quia si cognoscibilis perfe-
te in individuo, domino reddenda est: ne-
que enim habes, quæ eorum harum rerum, etiam unico usu consumptibi-
lium, dominium transfertur statim atque habentur; si
mixta, & non cognoscibilis, tunc quia per illam mixtionem
um obligatus est fur dominus, latet crit, si æquivalens restituat.
obligatus Sanchez, 2. 1. *de cap. 23. n. 34.* Less. *max* citandus,
num. 18.

3. Si tamen exte cumulus (ad vtro cum Lessio, 2.
ca. 2. §. 6.) in quo est mea modica pecunia, frumen-
tum, & immixtum cum illo furis, licet per illam ad-
mixtionem fur factus sit dominus, tamen mihi relin-
quitur actio non solum in furem, sed etiam in re, id est,
in cumulo. Unde ego præferri debeo, & possum accipere
ab eo cumulo, per compensationem, partem meam.
Ratio est, quia id videtur consonum iuri naturali, ut si
exte sitam ibi esse meum, possum meam partem acci-
pere, quantumcumque modicum.

4. Dico secundò: Si fur dat mihi bona fide reci-
piendi aliquid mixtibile, verbi gratia pecuniam, alios
mixtos, si deinde mihi constet esse alienam, nec fuisse per-
ceptam cum pecuniis aliis, quas forte habebat fur, tunc
statim, atque id scio, debeo restituere domino, si multò
magis debeo restituere, si recepi in bona fide, si ve fur re-
stituere potius per aliam pecuniam solvere, quod fura-
tus est, si non, dammodo de facto nolit solvere. Ita
Petr. Navar. Sanchez cõsque citans Dicastil. *lib. 2. tract.*
2. disp. 5. dub. 9. num. 190. Ratio est, quia illa aliena pecunia
cum discerni possit, est domini, & ego debeo ex re ac-
cepta, quando autem res ex re accepta debetur, nihil
facit potentia, vel impotentia furis, quia res ipsa accepta
restituere invenitur, domino est restituenda. Quod si
pecuniam immiscuerim cum mea, adhuc de-
beo restituere, sed in æquivalenti: si quidem jam factus
sum ditior in illa quantitate, quam miscui cum meis,
unde cumulus factus est maior. Quod si denique bona
fide id totum consumpsi, tunc ex alio capite nihil debeo,
quia scilicet in nihilo factus sum ditior, ut nunc suppo-
nunt.

5. Dico tertio: Si fur immiscuit alienam pecu-
niam cum sua, ut discerni nequeat, & deinde ex tota
summa donaverit mihi bona, imò etiam mala fide re-
cipiendi partem aliquam, imò etiam totam illam sum-
mam, nihil debeo domino, si fur potens est per alia
sua bona restituere, licet nolit: At si fur non est potens,
debeo ego totam pecuniam furtivam restituere. Ita San-
chez, alique apud Dicastil. *loc. cit. num. 186.* contra Petr.